DE · ATTRIBVTO
EIVSQVE
COLLOCATIONIS · VSV · PLATONICO

DISSERTATIO · INAVGVRALIS

QVAM

AD · SVMMOS · IN · PHILOSOPHIA · HONORES · AB · AMPLISSIMO

ACADEMIAE · ROSTOCHIENSIS

PHILOSOPHORVM · ORDINE · RITE · OBTINENDOS

SCRIPSIT

PAVLVS · TRENSE

SVERINENSIS

ROSTOCHII

TYPIS · ACADEMICIS · ADLERIANIS

MDCCCCI

DE DISS. PROB. AD ORDINEM PHILOS. RETTVLIT

O. KERN PROF. ORD.

EXAMEN RIGOROSVM HABITVM EST DIE XXVI. M. SEPT.

A. MDCCCC.

FRIDERICO PHILIPPI

IOANNI AB ARNIM

PRAECEPTORIBVS CARISSIMIS

SACRVM.

In lingua et Graeca et Latina verborum collocationem non iisdem legibus sanctam esse quibus in sermone vernaculo inter omnes constat.

Cum in illis summa collocandi licentia insit, quae sermoni acrem colorem inducit plurimumque ad perspicuitatem gravitatemque dicendi verbum suo quodque loco prolatum valeat, nostra lingua saepenumero rigidioribus construendi legibus concluditur atque tantum vi et ratione, qua gravissimum sententiae verbum pronuntiatur, consilium scriptoris ut recte intellegatur permittit.

Quae de verborum collocatione grammatici nostri temporis observaverunt, maxime eo consilio promulgaverunt, ut in exercendo orationis genere diligentes fierent veterum auctorum sermonem imitantes, qua de causa praecepta potissimum ad latinitatem respiciunt, cum Graecus verborum ordo, quia Graeca lingua a nostris hominibus doctis ad libros conficiendos orationesque habendas non adhibetur, libris qui sermone vernaculo ‚Stilistiken' appellantur, adumbratus non sit.

Tamen digna habenda est verborum collocatio, cuius leges accuratissime perscrutemur, cum non solum subtilissima quaedam pars syntaxis verborum sit et elegantiam perfectam sermonis demonstret, sed etiam ceteris disciplinis artis philologicae lucrum afferre possit, e. g. quaestionibus de ingenuitate aut de chronologia librorum; verborum enim collocatione scriptoris dicendi genus atque quod in eo eximium est melius cognoscimus quam verborum electione ceterisque indiciis, praesertim cum haec observatio a rebus a scriptore tractatis minime pendeat.

Quam ob rem postulamus, ut Schmalzii et Stolzii adhortatio (*Lateinische Sprachwissenschaft* ed. *II* p. 532 adnot.; pagg. 555/60 brevem, sed memoratu dignissimum conspectum ordinis verborum comprehendunt) quam plurimos ad rem accuratius explorandam alliciat cum ad Latinum usum adumbrandum tum ad Graecum qui adhuc omni fere studio investigatorum caret.

Quaestionem autem de verbis sententiae construendis ad finem perducere difficillimum est maxime quod permultae ac diversissimae causae sua quaeque vi ad ordinem verborum valent. Ut causas minoris

momenti velut hiatum evitandum eet. omittam, duae inprimis rationes in collocatione verborum connectuntur ita ut sententiae contextus iis formetur — ut in iugo textorio textum et radio et subtegmine — vis grammatica ex natura linguae pendens atque scriptoris studium perspicuitatis (de quo Cicero in Oratore LX, 202: ‚Quod numerosum in oratione dicitur, non semper numero fit, sed nonnunquam aut concinnitate, aut constructione verborum'). Collocatio autem grammatica constituenda est priusquam vim rhetoricam investigemus. Cum de subiecti et praedicati quas dicimus partes sententiae loco principali omnes fere consentiant, de principali ordine attributi et nominis circumscribendi grammatici dissentiunt.

Cum mihi proposuerim, Platonis usum collocandi adiectivi attributi ad tempora definienda dialogorum adhibere, puto e re esse exponere, quomodo argumenta mea numeris circumscripta hauserim. Hoc igitur consilio primum aliorum sententias de principali adiectivi loco examinabo meamque posthac proferam.

Caput I.

Apud grammaticos et veteres et recentiores, de attributi collocatione in sermone Graeco certa praecepta fere non inveniuntur. Memoratu digna illa Dionysii Halicarnassensis dissertatio in libro suo περὶ συνθέσεως ὀνομάτων exposita, qua de usu Herodoteo construendorum verborum agens etiam rationem adiectivi collocandi enucleare sibi proposuit. Vicissitudine vero rei propositae paene ut de incepto desperaret perductus est. ‚Πάντα δὲ ταῦτα, inquit (cap V (50) Schaeferi ed. p. 82), διεσάλευσεν ἡ πεῖρα, καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξια ἀπέφηνε, τοτὲ μὲν γὰρ ἐκ τούτων ἐγίνετο καὶ τῶν ὁμοίων αὐτοῖς ἡδεῖα ἡ σύνθεσις καὶ καλή, τοτὲ δὲ ἐκ τῶν μὴ τοιούτων, ἀλλ' ἐναντίων. Διὰ ταύτας μὲν δὴ τὰς αἰτίας τῆς θεωρίας ἀπέστην. ἐμνήσθην δὲ αὐτῶν καὶ νῦν, οὐχ ὡς σπουδῆς ἀξίων· καὶ τὰς διαλεκτικὰς παρεθέμην τέχνας, οὐχ ὡς ἀναγκαίας, ἀλλ' ἵνα μηδεὶς δοκῶν ἔχειν τι αὐτὰς χρήσιμον εἰς τὴν παροῦσαν θεωρίαν, περὶ πολλοῦ ποιῆται εἰδέναι θηρευθεὶς ταῖς ἐπιγραφαῖς τῶν πραγματείων ὁμοιότητά τινα ἐχούσαις, καὶ τῇ δόξῃ τῶν συνταξαμένων αὐτάς.'

Quae autem Dionysium ut hanc sententiam proferret commovit causa fuit quod quaestio eius ex argumentatione quadam logica pendet. Voluit enim naturam sequi illiusque ex ratione prorsus locum partium orationis constituere. Nomina igitur verbis esse praeponenda censet quippe cum illa rei substantiam, haec accidentia tantum connotent, natura autem priorem esse essentiam accidentibus. Verba adverbiis anteponenda esse dicit ‚ἐπειδὴ πρότερόν ἐστιν τῇ φύσει τὸ ποιοῦν ἢ τῶν συνεδρευόντων αὐτοῖς'. Simili ratione permotus adiectivorum locum post substantivi constituit. Sed quod verisimile ei visum est, hoc

non verum: ‚πιθανὸς (c. V. (46) p. 76 Sch.) ὁ λόγος, ἀλλ' οὐκ ἀληθής, ἔδοξεν εἶναί μοι, ἕτερα γοῦν παράσχοιτ' ἄν τις παραδείγματα παρὰ τῷ αὐτῷ ποιητῇ κείμενα, ἐναντίως συντεταγμένα ἢ ταῦτα συντέτακται καλά τε οὐχ ἧττον καὶ πιθανά.'

Duae vero sunt causae, quae studia Dionysii in incertum rapuerunt, altera quod non maiorem partem sermonis Graeci quaestione perscrutatus est, altera quod praeoccupata mente dissertationem ab initio ad certum finem vocare sibi vindicat.

De recentiorum grammaticorum praeceptis uberius disserere supersedeo, cum quod attinet Graecorum usum adiectivi attributi collocandi apud eos nihil fere invenire potuerim.[1])

K. W. Krueger (Gr. Sprl. [4] II pag. 15) praecipit: *„Ein Adjektiv kann auch bei dem Vocativ mit ὦ dem Substantiv sowohl vorangehen als folgen, letzteres bei geringerer Betonung"*; et § 57, 2, 1: *„Vorangestellt wird von beiden Begriffen* (sc. substantivum et attributum) *der betontere, mag der Artikel hinzutreten oder nicht"*.

Permulta tamen exempla invenies quae cum Kruegeri praeceptis haud consentiunt neque cum Madvigii (Synt. d. Gr. Spr. Braunschweig 84 p. 276) *‚Ein Genetiv oder ein Adjektiv bei einem Substantiv ohne Artikel steht voran mit einigem Nachdrucke und des Gegensatzes wegen:* εὔζωνος ἀνήρ, τῆς πατρίδος σωτήρ, *sonst gewöhnlich nachher:* ἀνὴρ ἀγαθός.

Quae praecepta cum quaestioni meae Platonicae fundamentum subicere non possim, in constituenda lege adiectivi collocandi ex duabus dissertationibus, quae de usu Latino agunt, maximum lucrum sumpsi.[2]) Rationes tamen inquirendi quas illae secutae sunt, probare non possum; observandi autem rationes cum ad meam argumentationem magni momenti sint, facere non possum, quin hoc loco opuscula illa uberius examinem.

Quarum altera ab Alexandro Reckzeyo conscripta (Berol. a. 88. *Programm Luisenstädt. Gymnasium*) adiectivi locum grammaticum i. e. principalem post substantivum esse probare studet; veteres enim quam nos percipimus differentiam inter adiectivum et substantivum nescientes, hoc ‚nomen appositum' alteri nomini adiecisse (l. c. pg. 1). *Aus dieser eigentümlichen Auffassung des Begriffes Adiectivum als eines Nomen u. z. als eines Nomen appositum erklärt sich die Stellung, die demselben in der des Artikels entbehrenden lateinischen Sprache in Verbindung mit dem Substantivum ursprünglich angewiesen worden ist: es folgte diesem (grammatische Stellung)."*

---

[1]) Unum novi libellum Braunii (de collocatione verborum apud Thucydidem observationes, in programmate Braunsberg. 1861). Attributum autem apud nomen articulo non definitum ne commemorat quidem ille vir doctus.

[2]) Conferas velim etiam libellos: Ernestus Albrecht, de adiectivi attributi in lingua latina collocatione specimen, Marpurgi Cattorum 1890; Willibald Preis, adiectivum utro ordine apud optimos Romanorum scriptores coniunctum sit cum substantivo quaeritur, Progr. Bayreuth 1889.

Quae opinio, si verba sententiam auctoris bene reddunt, ob eam quidem rem haud commendatur, quod consilium hominum vel artem logicam ad elocutionem sententiae quod attinet ad constructionem verborum efficacem esse praetendere videtur, id quod ab sententia non valde alienum est, linguam θέσει exstitisse. Quod potest factum esse apud eos scriptores, quorum nimiam observationem, ut nomina apposito et pronominibus essent priora, Quinctilianus commemorat institut. libro IX, 4, 24. Sed vivus sermo, ut ita dicam, ex rationibus logicis omnino non pendet.

Retractat quidem Reckzeyus Dionysii sententiam supra recensitam: apposita sequuntur nomen; nam quae sensu (logico) in sententia praevalent, ea etiam loco priora sunt sumenda. Non autem video, cur appositum primum locum non teneat.

Alter auctor, Dietericus Rohde, (in progr. Johannei Hambg. 1884), quamquam et ipse diversa ratione se principalem locum attributi post nomen substantivum invenisse dicit tamen observatione exemplorum commovetur ut statuat: (pag. 1) ‚sed multis milibus locorum ‚collatis fit verum quod iam pridem conieceram: apud Caesarem et ‚Ciceronem adiectivum plerumque ante substantivum positum esse.‘ — ‚Ex quo intellegitur discrepare ab usu optimorum scriptorum quod ‚adhuc praecipiunt, substantivum praecedere solere.‘

Utinam in hac cognitione perseverans rem ad finem peregisset vir doctissimus! Sed placuit ei ex origine adiectivi coniecturis tantum cognita novam sententiam concludere hac ratione:

‚Adiectivum — ait l. c. — quod nostris temporibus attributivum ‚vocant, quomodo ortum sit, colligi potest ex participio, quod ‚coniunctum est cum substantivo. Namque hoc genus adiectivi ‚sine dubio ex sententia secundaria explicandum est, ita ut ‚locum obtineat attributionis quod praedicatum vocare solemus. Quod ‚nomen proprie vereque adiectivum attributivum vocatur, nonne ‚eodem modo ortum est, ut exempli causa duas illas sententias: „Odi volgus, quod profanum est“ ‚contractas quasi esse in unum ‚illud: „Odi volgus profanum“, ex quo factum esse ordine inverso: „Odi profanum volgus“?‘

Multas ergo coniecturas Rohdii argumentatio complectitur quarum nulla adhuc certis documentis demonstrata est. Concedo participium genus adiectivi esse; sed id in verborum constructione adiectivi modum sequi haud contenderim; nego etiam participium ex sententia secundaria explicari posse. Adiectivum attributum contractione duarum sententiarum ortum esse nusquam concesserim. Cur enim non reliqua attributa (genetivus cet.) simili modo orta esse putamus? Denique rationem qua Rohdius explicaverit, qua causa vetus ordo mutatus sit, probare non possum.

‚Sublata, inquit l. c. p. 2, enim memoria sententiae secundariae ‚nomina artissimis vinculis inter se copulabantur et connectebantur' deinde: ‚Indicium atque insigne artioris coniunctionis in eo cernitur, ‚quod adiectivum ante substantivum positum est.'

In tractanda igitur adiectivi constructione neque investigationis rationem Reckzeyi, neque coniecturas Rohdii adhibendas esse, sed solum in observatione sermonis e libris summa diligentia collecti nitendum esse apparet. Quae observatio si nos edocuerit, in libris scriptorum soluti sermonis adiectiva plerumque ante substantivum posita extare, hanc constructionem pro primaria vendemus. Utrum haec collocatio temporibus quae monumentis linguae antecedunt, diversa fuerit necne atque quomodo orta sit quaerere hic locus non est. Est autem hoc potissimum investigatoris, diversis dicendi formis (e. g. adiectivi attributi, pronominis, participii, adiectivi appositi) terminatis omnia apud auctorem extantia exempla exscripta comparare inter se, ita ut bene observetur, num indicia mutatae dicendi consuetudinis apud singulos scriptores aut in singulis unius auctoris libris inveniantur. Quod nullo modo nisi adhibitis numeris fieri potest, cum accuratissima sermonis cognitio iudicium incertum proferat, atque lectoribus alio modo pro permagno numero locorum sententiam nostram communicare non possimus.

Reckzeyus minoris momenti habet rationem rei numeris illustrandae (l. c. pg. 2 *von der in der Philologie jetzt so beliebten Zählmethode ist sehr selten Gebrauch gemacht worden . . .*). Concedo numeros ex paucis collectos, e. g. ex fragmentis, aut ex diversis e. g. ex poetis atque solutae orationis scriptoribus, parum valere; Ciceronis autem vel Platonis libros perscrutanti ex dinumeratione magnum lucrum evadit. Fructus enim rationis rei numeris circumscribendae non tam ex ipso numero evadit, quam ex eo quod collectionem omnium exemplorum similium ante oculos habemus optimum arbitrium de quaestione permittentem. Tamen Reckzeyo assentior contendenti unumquemque locum ex contextu esse explanandum, qua re facta detrimentum ex conspectu numerorum non facile exsistit.

Numeris locorum adhibitis apparuit, plerumque adiectiva attributa locum ante nomen (articulo non praeditum) tenere. Quam collocationem principalem fuisse in lingua Graeca puto maxime quod verisimile mihi non videtur, maiorem numerum attributorum aliqua causa locum transmutavisse.

B. Delbrueck (Synt. Forschungen t. IV Halle 1879 p. 150) probavit, iam in lingua Sanscritica attributum primum locum tenuisse.

Atque quae auctores syntaxis latinae (Stolz et Schmalz loco citato) verba composita principalem adiectivi collocationem illustrantia citant: ‚magnanimus, *gross-mütig*' similia etiam Graeca lingua exhibet: μεγαλόψυχος cet. Arctissima enim coniunctio amborum verborum transmutationem loci arcuisse videtur.

Ut in lingua vernacula, ita in Graeca attributi collocatio principalis ex collocandi usu apud nomen articulo praeditum concludi potest. Articulum definitum — quod nostri appellant — priorem coniunctionem attributi cum nomine defendebat a mutatione: In constructione ὁ ἀγαθὸς ἀνήρ articulus ad coniunctionem ἀγαθὸς ἀνήρ accessit; ὁ ἀνὴρ ἀγαθός semper praedicativa — ut ita dicam — ratione explanandum est. Si numeris usus constructionum ὁ ἀνὴρ ὁ ἀγαθός et ἀνὴρ ὁ ἀγαθός magis illustratus erit, haec verba coniuncta recentioris aetatis sermonis Graeci esse apparebit.

Optimam autem explicationem adiectivi postpositi praebebimus, si ipsam postponendi causam ex libris scriptorum Graecorum demonstraverimus. De qua re qui capita sequentia legent iudicium ferant! Hoc loco tantum statuerim, causam transponendorum verborum ut in ceteris partibus sententiae, ita in adiectivo attributo rationem distinguendi vel verbi maiore vi efferendi fuisse (conf. Rohdium p. 2 inf.).

Caput II.

Cum numeri iure suspecti habendi sint, si non similia ad dinumerationem adhibentur, maxime id spectavi, ut diversa quam subtilissime secernerem. Non nunquam evenit, ut exemplum quoddam duabus rationibus accipi posset — e. g. adiectivum modo attributum, modo praedicativum iudicaveris. De locis Pol. III 403 d ψυχὴν ἀγαθὴν ποιεῖν; Pol. III 403 d σῶμα παρέχειν ὡς οἷον τε βέλτιστον dubitatio exsistere non potest; sed in Prot. 324 b καὶ τοιαύτην διάνοιαν ἔχων διανοεῖται παιδευτὴν εἶναι ἀρετήν vertamus licet: ‚*es gäbe eine lehrbare Tugend*' aut melius: *Tugend sei lehrbar.* (cf. Leg. VI 744 e ἐγγύην δὲ εἶναι κυρίαν, Leg. I 631 b διπλᾶ δὲ ἀγαθά ἐστι, τὰ μεν . . .) Pol. VI 509 a ἀμήχανον κάλλος cet. Exclusissem talia exempla ex dinumeratione, nisi mihi proposuissem numeros quam maxime plenos praebere. Discernendum igitur mihi esse putavi attributum a praedicato illud praeceptum Akeni (Griech. Schulgr. Berlin 1868 (Bornträger) p. 180 § 320) sequens: *Das Attribut ist ein Begriff, der mit einem andern schon auf solche Weise vereinigt i s t, wie es das Praedicat durch den Satz erst wird.*" (cf. F. Kern, Deutsche Satzlehre [2] Berl. 1888 p. 166).

Ex numero attributorum seligenda est appositio, quam vocant grammatici. Quod declaramus appositionem esse attributum nomini substantivo eodem casu additum, rem haud bene explanamus. Omne enim adiectivum in hoc numero habendum est. Tamen adiectiva omnino ex appositionibus eximenda non sunt. Qua re placet mihi appositionem ita a vero attributo internoscere, ut statuam: appositio est additamentum minus arcte cum substantivo coniunctum quam verum attributum. Krueger (l. c. § 57, 6—10) varios modos coniunctionis levioris — ut ita dicam — distinguit nominibus: „synthetische, epithetische, epexegetische Apposition."

Adiectivum autem non aliter ac substantivum eiusmodi coniunctiones cum substantivo inire, apparet ex permultis exemplis quorum nonnulla exscribo:

Meno 71c: καὶ ἄλλη ἐστὶ παιδὸς ἀρετή, καὶ θηλείας καὶ ἄρρενος καὶ πρεσβυτέρου ἀνδρός, εἰ μὲν βούλει ἐλευθέρου, εἰ δὲ βούλει, δούλου . .

Pol. X 617d. ἀρχὴ ἄλλης περιόδου θνητοῦ γένους θανατηφόρου . . . .

Leg. XII 959b: παρὰ θεοὺς ἄλλους ἀπιέναι δώσοντα λόγον . . . τῷ μὲν ἀγαθῷ θαρραλέον, τῷ δὲ κακῷ φοβερόν . . . cet.

Nonnunquam in dubium venit, num attributum substantivum sit an adiectivum. Additamentum cum nomine in unam notionem quasi coalescit:

Theaet. 195b: ἀνὴρ ἀδολέσχης, Polit. 299b: ἀδολέσχην τινὰ σοφιστήν; Prot. 316c: ξένον γὰρ ἄνδρα: Phaed. 84a, Soph. 216a: ἄνδρα φιλόσοφον; Phaed. 115a: ἀνὴρ τραγικός.

Phaedr. 260b, Conv. 177d: λόγον ἔπαινον;

Leg. XII 943e: ἀνδρὶ ῥιψασπίδι;

Ap. 36d: ἀνδρὶ πένητι εὐεργέτῃ;

Euth. 15d: ἄνδρα πρεσβύτην πατέρα;

Leg. X: Ἀνάγκης θυγατρὸς κόρης Λαχέσεως λόγος;

Pol. V: μηδὲ Ἕλληνα ἄρα δοῦλον ἐκτῆσθαι.

Exempla ut ἄνδρα μάλα φιλόσοφον me commoverunt, ut plerumque adiectivum numerarem. —

Seclusi exempla ut in Conv. 220b, (Pol. III 403d) καὶ τότε ὄντος πάγου οἵου δεινοτάτου. —

Participia non eodem modo atque in ceteris linguis in sermone Graeco ad veri adiectivi naturam se accommodasse, immo propter indolem nonnullas proprietates cum in aliis rebus, tum in collocatione retinuisse ex diligenti observatione sermonis concluserim. Licet ut pro copia similium formarum adiectivi sensu praeditarum quae et ex verbis et ex nominibus exorta sunt (in illo numero derivata verbalia in -τος cet., in hoc e. g. ἐπιστήμων, ἑκούσιος, ἀθάνατος cet. habenda sunt) participia temporibus optimorum auctorum Atticorum naturam atque notionem verbi solam conservarent. Cum enim ἀκούσιος attri-

butum cum substantivo consocietur (Leg. IX 860a, 861e, 862a, 864a), ἄκων tantum praedicativa ratione usurpatur: Leg. IX 860d ὁ.. κακὸς ἄκων τοιοῦτος; Pol. VII 520b ἀκούσης τῆς ἐν ἑκάστῃ πολιτείας; Crit. 52c; Prot. 345e: οἱ τὰ αἰσχρὰ... ποιοῦντες ἄκοντες ποιοῦσι; Crit. 58e ἀκόντων Ἀθηναίων; Phil. 14c ἀνθρώποις ... ἑκοῦσι τε καὶ ἄκουσι; Soph. 228c: ψυχὴν ... ἴσμεν ἄκουσαν πᾶσαν πᾶν ἀγνοοῦσαν. Quibus observatis quaerenti de attributorum collocatione commendaverim adiectivum a participio segregare. (Cf. Tim 56d ξυντυχόντα τὰ μέρη, qui locus bene cum coniectura mea quadrat, participium suo modo collocari atque construi. Ceterum increscunt in posterioribus Platonis libris loci, quibus constructiones participii a b s o l u t a e ut nostrorum significatione utar exhibentur, quae res digna est quae numeris illustretur.)

Quae de participiis proposui si probaveris, supersedebo multa de adiectivis cum participio — maxime cum ὤν — coniunctis dicere.

Quae ne commemoravissem quidem, cum adiectivum nomen praedicati esse mihi videatur, nisi nonnunquam adiectivum cum participio quasi in unam notionem coaluisset, ita ut participium ὤν desiderari possit sensu sententiae non mutato. Quam rem cum in posterioribus libris Platonis frequentius invenerim quam in ceteris, gravitati cuidam auctoris quae etiam aliis modis dicendi apparet attribuerim. Exempla rem illustrent: Prot. 316d/e ὁ νῦν ἔτι ὤν οὐδενὸς ἥττων σοφιστής Ἡρόδικος, Conv. 181c: ἀπὸ τῆς θεοῦ νεωτέρας οὔσης πολὺ ἢ τῆς ἑτέρας cet. In his atque similibus locis memoratu digni nihil habes; sed quae sequuntur etiam participio careant licet. Leg. XII: οὔτε γὰς ἄπειρος οὖσα πόλις; Leg. IX 853d: νόμοις ... ἰσχυροῖς οὖσιν; Leg. VI 757a παλαιός λόγος ἀληθὴς ὤν; Phil. 15d ταύτης ἄρξηται πολλῆς οὔσης κ. παντοίης ... μάχης; Quibus exemplis nemo certe hos locos comparaverit: Prot. 316e μέγας ὢν σοφιστής Gorg 452c ἐάν σοι πλούτου φανῇ τι μεῖζον ἀγαθὸν ὂν ἢ ..., quibus adiectiva attributa cum σοφιστής, ἀγαθόν consociantur. —

Exempla in quibus duo vel plura attributa aut eiusdem aut diversi generis cum substantivo consociantur, quamquam omnia colligere conatus sum, dinumeratione perscrutatus non sum, cum pro implicatione rei haud multum certi statui possit; tamen adhibui ad dinumerationem omnes locos quibus praeter adiectivum verum pronomen aut numerale attribuitur. Quae pronomina etc. quod non simul cum usu adiectivorum ante oculos ponere possum, valde doleo, cum ad idem spectent ac vera adiectiva. Quod autem cum ab initio materiam opusculi terminans non coniecissem, exempla mea exscripta adhuc neque absoluta neque plena sunt. U n a cum veris adiectivis haec tamen non tractavissem, cum diversus usus collocandi in similitudine statuendus sit. (Conferas Rohdii numeros in conspectu: pg. 13 duo, pg. 15 meus, ipse etc.) Cum etiam locis exscriptis constet, usitatissima verba rarius postponi, numeri quos propositurus sum

minores extarent adhibitis pronominibus ad dinumerationem. De Isocratis Panegyrico hoc certis numeris demonstrare possum. Vera adiectiva quae etiam apud Platonem exscripsi, postponuntur hoc libro 38 pro centum adiectivis antepositis; cetera: οὐδείς (μηδ.) 13 ante, τοσοῦτος 32 ante, unum post; τοιοῦτος 4a; τηλικοῦτος 4a, ἕτερος 3a, πᾶς 9a, ἑκάτερος 1a, οὗτος 1a, 1p, ἐμός 1a, εἷς 12a, cetera numeralia 16a, 2p. — summa: 83a, 4p. — Omnia adiectiva ad numerum pro centum relata: 20 %.

Praeterea seclusi ex dinumeratione omnes locos quos Plato ex poetis vel aliis scriptoribus offert (ut Prot. 346d), nec non eos, ubi articulus ex alio substantivo supplendus est, ut Leg. VIII 832d τὴν παιδείαν τε ἅμα καὶ παιδιὰν πολεμικήν.

Usus sum editione Hermanniana (cuius primum volumen iterum curavit Wohlrab). Quo autem loco libri mss. inter se differunt, Schanzii libros qui adhuc ad lucem prodierunt, consului. Ut exemplum dem: in Critone 52d: πράττεις τε ἅπερ ἂν δοῦλος φαυλότατος πράξειεν BCD, Venetus 184 (E) unus lectionem exhibet δοῦλος ὁ φαυλότ. Etsi dubitavi, ne temerarius videar, si huic libro ms. maiorem fidem habuero contra bonam rationem optimorum codicum, tamen hoc loco lectionem libri E defenderim. (cf. Pol. V 467d: καὶ ἄρχοντάς γε που, — . —, οὐ τοὺς φαυλοτάτους αὐτοῖς ἐπιστήσουσιν.) — Ab Astio cum Hermanno saepe discessi, e. g. habet Astius s. v. ‚ἅγιος‘ (I p 12) Leg. VIII 824: ‚ἐν ἐργασίμοις δὲ καὶ ἱεροῖς ἁγίοις (si locus sanus)‘; sed cum nemo audeat, in ipsis sacris venari, Hermanni ἱεροῖς ἀγρίοις praeferendum est.

Libros Platonis ad quaestionem adhibitos notavi primo qui sequitur conspectu; adiectiva quorum collocationem observavi altero litterarum ordine disposita sunt.

Denique velim scias, numeros pro centum computatos ex hac computatione prodiisse: „si pro x adiectiva anteposita y postposita inveniuntur, quot pro centum postponuntur?“ — Si numerus mihi est constituendus quot adiectiva in quavis parte contextus inveniantur, eam ad decem paginas editionis Didotianae, quae aequissimo modo impressa est, refero.

Caput III.

Iam accedo ad numeros a me inventos proponendos.

Quo partes tractatae librorum sunt maiores, eo magis numeros quaestione inventos pro certo iudicabimus. Qua re fit, ut numeri ex parvis dialogis prompti parum valeant, e. g. quod ex Lyside 16 adiectiva anteposita, 6 postposita exscripsimus, numerus pro centum computatus: 43 % incertam consuetudinem collocandi demonstrat. Sed

etiam in libris maioris complexus, ut in Parmenida (31,2 pag. Didot.) fit, ut parvus numerus adiectivorum qui pro alacri sermone in singulis sententiis invenitur, ad comparationem adhibendus non sit (28 adi. antepos., 5 postp. = 17,5 %). Notavi in conspectu dialogos, qui propter exiguitatem aut parvum numerum adiectivorum usurpatorum ex comparatione secludendi sunt, asterisco.

Primum proponam numeros ex tribus magnis partibus librorum scriptoris computatos:

	Exstant in Apol.	(19,7 p. Did.)	55 a + 12 p.	= 22 %
	in Critone	(9,5 „ „)	15 a + 3 p.	= 20 %
	in Euthyphrone	(11,7 „ „)	14 a + 4 p.	= 28,5 %
1) pro 10 pag. Did. adi. **25**;	in summa	(40,9 p. Did)	84 a + 19 p.	= **22,5** %
2) pro 10 „ „ „ **33**;	in Reip. libris X	(193,9 „ „)	467 a + 175 p.	= **37,5** %
3) pro 10 „ „ „ **41**;	in Leg. libr. XII	(236,4 „ „)	617 a + 466 p.	= **75,5** %

Cum enim omnes viri docti in eo consentiant, Apologiam, Critonem, Euthyphronem ante Reipublicae libros, hos autem ante Leges confectos esse, ille conspectus duo praecepta nobis demonstrat: alterum, Platonem in posterioribus libris maiorem numerum adiectivorum ad elocutionem adhibuisse.[1]) (pro decem paginis editionis Didotianae 25, 33, 41) alterum adiectivorum postpositionem etiam magis crescere quam numerus adhibitorum adiectivorum; nam si maior numerus post-

[1]) Idem apparet ex usu verborum πᾶς, ἅπας etc., quae Walbius in diss. sua (Syntaxis Platonicae specimen Bonnae 88) dinumeravit. Pro decem pag. Didot. verba πᾶς, ἅπας etc.

in Apolog. + Crit. + Euthyphr.	25,5
in Reipublicae libris	30,9
in Legum libris	54,4

Adiungo conspectum ceterorum librorum

Gorgias	18,5 [2])	Cratylus	32,3
Apologia	19,7	Theaetetus	35,4
Meno	21	Convivium	36,1
Laches	21,9	Euthydemus	36,5
Crito	25,2	Reip. liber dec.	40,4
Phaedrus	25,6	Sophistes	45,7
Charmides	26,5	Philebus	48,3
Phaedo	27,8	Leges	54,4
Protagoras	28,8	Politicus	55,3
Parmenides	29,1	Critias	59,8
Reip. libri omnis	30,9	Timaeus	70,8
Euthyphro	31,6		

[2]) Numerus pro decem paginis ed. Didot.

positorum adiectivorum tantum ex aucto adiectivorum numero penderet, inveniremus

in Reipubl. libris 29 %, in Legum libr. 49 %;
sed re vera numerum adiectivorum postpositorum
in Republica ad 37 %, in Legibus 75 %

auctum esse videmus.

Ex hac re concluserim: quae ab omnibus in Platonis sermone operam navantibus observata est immutatio sermonis, ac quidem est progressus adhibendarum artium dicendi, etiam in adhibendo adiectivo ad ornandam elocutionem animadvertitur, ita ut transposito adiectivo oratio numerosa fiat. Quam quidem adiectivi collocationem a grammatica alienam iure ‚rhetoricam' appellamus.

Quae autem adiectivi transponendi regula non ita intellegenda est ut ex duobus libris is progressum demonstret, qui alterum tempore sequitur. Ne ob eam causam Parmenidam priorem esse tempore Apologia contendas, quod 31,2 paginis Did. tantum 33 adiectiva comprehendit (circa 10 adi. pro decem pag. Did.), neque quod pro duodetriginta adiectivis antepositis tantum quinque postposita exhibet (17,5 %)!

Quam supra commemoravi diversitatem collocandi adiectivi non melius illustrare possum, quam quin usum nonnullorum aliorum scriptorum Graecorum numeris cum Platonis comparem.

Platonis libri omnes comprehendunt circa 1090 pag. Didot. 3686 adiectiva, i. e. circa 34 adiectiva pro decem pag. Did.; Isocratis paneg. comprehendit circa 27,3 pag. Didot. 94 adiectiva; i. e. circa 35 adiectiva pro decem pag. Did. Numerus quidem usurpatorum adiectivorum fere idem est apud utrumque auctorem; sed cum Plato 50 % adiectiva postponat, Isocrates tantum 38 %. In magna aliqua parte Xenophontis Mem. Socr. inveni ca. 60 % adiectiva postposita; in Demosthenis oratione de corona ca. 90 %; in Plutarchi vita Alexandri (pag. 665/685) 136 % adiectiva postposita. Quorum omnium auctorum collocandi usum accuratius explorare mihi proposui.

Nonne his omnibus numeris probatur, apud scriptores soluti sermonis collocationem adiectivi post substantivum increscere?

Idem autem bene confirmant numeri hoc conspectu propositi de singulis dialogis Platonis:

Dialogus	adiectiva ante- posita	adiectiva post- posita	paginae ed. Didot	adieot. pro 10 pag. Did.	adiectiva postposita pro 100 antepositorum
	1	2	3	4	5
1) * Charmides	30	2	18,1	12,2	6,3 %
2) * Parmenides	28	5	31,2	10,5	17,5 %
3) * Crito	15	3	9,5	20	20 %
4) Protagoras	111	22	39,5	33,5	21,2 %
5) Euthydemus	46	10	27,9	20	21,5 %
6) Apologia	55	12	19,7	33,5	22 %
7) * Meno	58	14	23,3	30	24,1 %
8) * Euthyphro	14	4	11,7	13,5	28 %
9) Cratylus	42	14	42,3	13	$33^1/_3$%
10) Gorgias	117	43	61,6	26	36,7 %
11) Respublica	467	175	193,9	33	37,5 %
I	41	12			29,2 %
II	42	19			45,2 %
III	56	27			48,2 %
IV	31	15			48,4 %
V	43	15			35 %
VI	55	21			38 %
VII	43	12			28 %
VIII	61	21			34,4 %
IX	37	14			38 %
X	58	19			33 %
12) Phaedo	93	35	49,2	29,5	37,5 %
13) Politicus	111	42	43,2	35	39 %
14) Phaedrus	130	52	39	46,6	40 %
15) * Lysis	14	6	ca. 16	12,5	43 %
16) * Laches	22	11	17,8	18,5	50 %
17) Sophistes	74	37	39,6	28	50 %
18) Conviv.	75	39	39,3	30	52 %
19) Theaet	91	51	53	27	56,5 %
20) Phileb.	69	43	43,2	25	62 %
21) Timaeus	171	111	53,3	53	65 %
22) Leges	617	466	236,4	41	75,5 %
I	48	32			$73^3/_4$%
II	33	24			$72^3/_4$%
III	50	43			86 %
IV	41	33			80,5 %
V	49	28			58 %
VI	56	47			84 %
VII	68	55			83,2 %
VIII	52	50			96 %
IX	40	33			85 %
X	52	35			$67^1/_3$%
XI	72	48			67 %
XII	56	38			67 %
23) * Critias	50	46	11,2	85,7	92 %

Caput IV.

Quomodo singula adiectiva cum nomine consociata sint, altero conspectu perspicuum fit; in eis autem quae semel vel raro usurpantur casum regnare posse haud negaverim. Multa adiectiva omnino non attributa adhibita sunt (ut κατάδηλος quod tredecies, καταφανής quod quindecies in Platone extat cetera permulta), alia raro (ἀδύνατος). Quae res digna est quae accuratius indagetur, cum fieri possit ut etiam hic indicia mutati sermonis inveniantur.

§ 1. Conspectus:

adiectivum	ante	post	adiectivum	ante	post	adiectivum	ante	post
	nomen			nomen			nomen	
ἄβατος	1		αἰνιγματώδης		1	ἀμέριστος	1	
ἀβέλτερος	1		αἰπόλος		1	ἀμεταμέλητος	1	
ὄβολος		1	αἱρετός	2		ἀμήχανος	15	6
ἄβυθος	1		αἰσθητικός	1	1	ἄμικτος		1
ἀγαθός	57	53	αἰσθητός	1	1	ἄμορφος	1	
ἀγαπητός		2	αἰσχρός	10	4	ἄμουσος	1	1
ἀγελαῖος	3		αἰχμάλωτος		1	ἀμυδρός	1	
ἀγελαιοτροφικός		1	αἰώνιος	1	1	ἀμυντήριος	1	1
ἀγενής	2	2	ἄκαιρος	1		ἀναγκαῖος	8	3
ἅγιος	1	1	ἀκέφαλος		1	ἀναιδής		1
ἁγνός	2		ἀκήρατος		1	ἀνανθής	1	
ἄγραφος	1		ἀκήρυκτος		1	ἀνάξιος	3	1
ἄγριος	2	8	ἀκόλουθος		1	ἀνάπηρος	1	
ἄγροικος	2		ἄκοπος		1	ἀναρίθμητος		2
ἄγρυπνος		1	ἀκούσιος	2	1	ἀνάρμοστος		1
ἀγώνιος	1		ἄκρατος	1	3	ἀνδρεῖος	2	3
ἀδεής	1		ἀκριβής	6	6	ἀνδρικός		1
ἀδελφός	5	2	ἄκρος	5	4	ἀνέκπληκτος	1	
ἀδιάφορος		2	ἄκυρος	1		ἀνέκπλυτος	1	
ἄδικος	8	6	ἀλαζών		1	ἀνελεύθερος	2	
ἀδόκιμος	1		ἀληθής	21	23	ἀνεπίπληκτος		1
ἀδύνατος		1	ἀληθινός	9	7	ἀνεπιτήδειος	1	2
ἀέναος	2		ἀλιτηριώδης	1		ἀνεψιός	3	
ἄζυμος		1	ἄλκιμος	1		ἀνήνυτος	3	1
ἀηδής	1		ἀλλοῖος	2	1	ἀνθρωπεῖος	5	
ἀήθης	4	2	ἀλλόκοτος	1	1	ἀνθρώπινος	13	12
ἀθάνατος	5	4	ἀλλότριος	20	5	ἀνθρωπονομικός		1
ἆθλιος	1		ἁλμυρός	2		ἀνίατος	1	1
ἀθόρυβος		1	ἀλόγιστος	1		ἄνισος	2	4
ἄθροος	2	1	ἄλογος	4	3	ἀνόητος	5	4
ἄθυμος		1	ἄλυρος		1	ἀνόμοιος	3	1
ἀΐδιος		1	ἀμαθής	1		ἄνομος		1
αἰδοῖος		1	ἀμείνων	10	6	ἀνόσιος	4	2
αἱμασιώδης		1	ἄμεμπτος		1	ἀντίστροφος	1	

adiectivum	ante nomen	post nomen
ἀντίτυπος	1	
ἀνυπεύθυνος		1
ἀνυπήκοος		1
ἀνυπόθετος		1
ἀνυπόστατος	1	
ἀνώνυμος	1	
ἀξιόλολος		1
ἄξιος	7	17
ἀξιόχρεως		3(1)
ἀξύστατος		1
ἄοπλος	1	
ἀόρατος	1	1
ἀπαίδευτος	1	1
ἁπαλός	2	
ἀπάρατος	1	
ἀπατηλός	1	
ἀπατητικός		1
ἀπειλητικός	1	
ἄπειρος	1	1
ἄπειρος	3	2
ἀπέραντος	3	4
ἀπίθανος	1	
ἄπλετος	1	1
ἄπληστος	1	
ἁπλοῦς	4	
ἄπορος	7	
ἀποτρόπαιος		1
ἀπράγμων		1
ἀπροσδόκητος	1	1
ἀραιός	1	
ἀργός	4	
ἀριθμητικός	1	
ἄριστος	8	4
ἄρρην		1
ἄρτιος	1	
ἀρχαῖος	1	3
ἀρχηγός		1
ἀσεβής	1	2
ἀσθενής	1	
ἀσινής		1
ἀστεῖος	1	
ἄστροφος		1
ἀσφαλής	1	1
ἀσχήμιον		2
ἀσώματος		1
ἄτακτος	1	(1)
ἄταφος	1	
ἀτελής	1	

adiectivum	ante nomen	post nomen
ἀτεράμων	1	
ἄτεχνος	2	
ἄτιμος	2	
ἄτοπος	5	2
αὐλητικός	1	
αὐτεπιτακτικός	1	
αὐτόματος	1	1
αὐτοποιητικός		1
αὐτοφυής		2
αὐτόχειρ	1	
ἄφθονος	3	9
ἄφοβος		1
ἀφροδίσιος	1	
ἄφρων	2	
ἄφωρος	1	
ἀχάριστος		2
ἄχρηστος	1	1
ἄψυχος	3	1
	377	308
βαθύς	1	1
βαπτός	1	
βαρβαρικός	1	2
βάρβαρος	1	1
βαρύς	2	2
βασιλικός	9	1
βασιλίς	1	
βέβαιος	1	2
βέλτιστος	7	1
βελτίων	1	3
βίαιος	7	1
βοηθός?	(2)	
βραδύς	1	
βραχυόνειρος	1	
βραχύς	12	6
γαμετός	2	1
γαμικός	1	
γείτων	1	
γελοῖος	4	
γενέθλιος	1	1
γένναιος	9	5
γεννητός	1	
γεννικός		1
γέριον	2	
γεώθης	2	
γεωργικός	1	1
γήινος	1	1

adiectivum	ante nomen	post nomen
γηραιός		1
γλυκύς	1	1
γνήσιος		3
γομφωτικός	1	
γοώδης	1	
γραμματικός	1	
γραπτός	1	
γυμνός	2	
γυνεικεῖος	2	1
δαιμόνιος	11	2
δειλός		2
δεινός	29	9
δεκαέτηρος		1
δεκαπλάσιος	1	
δεύτερος	9	2
δημιουργικός	2	
δημοκρατικός		1
δημόσιος	5(1)	1
δημοτελής	1	
διακριτικός	1	
διακωλυτικός	1	
διαλεκτικός	2	
διαφανής		1
διάφορος	4	1
δίδυμος		1
δίκαιος	11	2
διπλάσιος	3	1
δίπλους	4	1
δίπους		1
διττός	4	1
διφυής	1	1
διωλύγιος		1
δόκιμος	1	
δολιχοδρόμος	1	
δοξαστικός	1	
δοξαστός		1
δορυφορικός	1	
δούλειος	1	
δουλικός	1	
δοῦλος		1
δούρειος	1	
δραπέτης	(1)	
δυσαπόδεικτος		1
δυσδαίμων	1	
δύσερις	1	
δυσίατος		1

adiectivum	ante nomen	post nomen	adiectivum	ante nomen	post nomen	adiectivum	ante nomen	post nomen
δύσκολος		1	ἔνυδρος	1		εὔλογος	1	
δυσπαραμύθητος		1	ἐξαίρετος	1		εὐμενής		2
			ἐξαίσιος		1	εὔνομος	3	1
ἕβδομος	1		ἑορταστικός		1	εὔνους	(1)	
ἔγγειος		2	ἐπακτός		1	εὐπαραγωγός		1
ἔγγονος		1	ἐπέταιος	1		εὔρους	1	
ἔγκαιρος		1	ἐπήβολος		2	εὔρυθμος	1	
ἕδραιος	1		ἐπίγειος	1		εὐστεφής		1
εἰκαστικός		1	ἐπιεικής	3	2	εὔστροφος	1	
εἰκοστός	1		ἐπιθυμητικός		1	εὐσχήμων		1
εἰρηνικός		2	ἐπίκουρος	1	2	εὐτυχής	1	4
εἰρωνικός	1		ἐπίκτητος	1		εὐφυής		1
εἰσαγώγιμος		2	ἐπιλήσμων	2		εὔχρων	1	
ἔκγονος	2	3	ἐπίπεδος	1		ἐφέστιος	1	
ἐκτὸς	2		ἐπισκευαστός		1	ἐφήμερος		1
ἐλαιρός	1		ἐπιτακτικός		1	ἑφθός	1	
ἐλάττων	13	4	ἐπιτήδειος		2	ἔχθιστος		1
ἐλάχιστος	2	1	ἐπίτοκος	1		ἐχθρός		2
ἐλεγκτικός		1	ἐπιτροπικος	1				
ἐλευθέριος		1	ἐπίφθονος	1		86,5 %	126 (8)	110
ἐλεύθερος	9	4	ἐπίχρυσος	1				
ἐλλόγιμος	1	1	ἐπιχώριος		2	ζημιώδης		1
ἐμμανής		2	ἐπονείδιστος	1	1	ζωτικός	1	
ἐμμελής	1		ἑπταετής		1	ἡδυντικός	1	
ἔμμετρος	1	3	ἐπῳδός	1		ἡδύς	3	
ἔμμηνος	1	1	ἐργάσιμος	1		ἡμερήσιος	1	
ἔμμισθος	1	2	ἐρεοῦς	1	1	ἥμερος	5	
ἐμπόδιος		1	ἐρέψιμος		1	ἥμισυς	4	
ἐμπορικός	1		ἔρημος	2	1	ἡνιοχικός		1
ἔμπυρος	1		ἐριστικός	2		ἠρεμαῖος	2	
ἔμφρων	1	3	ἐρυθρός		1	ἡρωικός	1	
ἐμφύλιος	1		ἐρωτικός	2	2	θανάσιμος		1
ἔμφυτος	1		ἔσχατος	1	4	θανατηφόρος		(1)
ἔμψυχος	2	3	ἑταῖρος		(1)	θαρραλέος		(1)
ἔναιμος		1	ἕτοιμος	(1)		θαυμάσιος	6	5
ἐνάντιος	14	4	ἔτυμος	1		θαυμαστός	16	5
ἐναργής	1	2	εὐαγής	1		θεῖος	45	14
ἐναρμόνιος	1		εὐανθής		1	θεοειδής	1	
ἔνατος	1		εὐγενής		1	θεοφιλής	2	1
ἐνδελεχής		1	εὐδαίμων	7	6	θερινός	2	
ἐνεργός		(1)	εὐδιάβολος	1		θερμός	2	
ἔνθεος		1	εὐδιεινος	1		θεσπέσιος	1	
ἔνιοι	2		εὐδόκιμος	1	1	θετός	1	
ἔννομος	1	3	εὐερκής		1	θηλύς	2	3
ἐνόδιος	1		εὐήθης	2		θηρεῖος	2	
ἐνόπλιος	1		εὐθύς	1		θηρευτικός	2	1
ἔντεχνος	2		εὐκλεής		1	θηριώδης	1	1
ἔντορνος		1	εὐκταῖος	1		θησαυροποιός	1	

adiectivum	ante nomen	post nomen
θνητός	12	4
θρεπτικός	1	1
θώψ	1	
ἰάσιμος	2	
ἰατικός		1
ἰατρικός	5	1
ἴδιος	19	18
ἰδιώτης	1	(2)
ἰδιωτικός	2	2
ἱερός	9	4
ἱκανός	30	29
ἵλεως	1	
ἱππικός	1	1
ἱππόμορφος	1	
ἰσάριθμος	1	1
ἰσονομικός	1	
ἰσόπλευρος	4	1
ἰσόρροπος	1	
ἴσος	10	5
ἱστορικός	1	
ἰσχυρός	7	6
ι = 70 %	96	69
καθαρός	8	5
καινός	6	4
κακός	30	10
καλλίπαις	1	
καλλίφωνος	1	
καλός	42	23
κανθήλιος		1
κατάγειος	2	
καταγέλαστος	1	1
κατακορής	1	1
καύσιμος		1
καχυπότοπος		1
κενός	4	1
κεράμεος		1
κεράτινος	1	
κήρινος	4	
κηφηνώδης	1	
κίβδηλος	1	1
κιθαρωδικός	1	
κινητός		1
κοῖλος		1
κοινογενής	1	
κοινός	17	8
κοινοτροφικός	1	

adiectivum	ante nomen	post nomen
κολακικός	1	1
κολοβός	1	
κομψός	2	1
κόσμιος	3	1
κοῦφος	2	
κράτιστος	1	
κρυφαῖος		1
κτητικός		1
κυανοῦς	1	
κυκλοτερής		1
κυπαρίττινος	1	
κύριος	6	4
κωμωδικός		1
κωφός		1
λαμπρός		1
λεῖος	1	
λεπτός	1	
λευκός	4	3
λίδινος	2	2
λιθόβολος		1
λιθοειδής	1	
λογιστικός	1	
λογογραφικός		1
λύσιμος		1
λυσιτελής	2	2
λῶστος	1	
μαθηματοπωλικός	1	
μακάριος	10	
μακρός	20	
μαλακός	3	
μαλθακός	4	
μανικός	2	
μανός	1	
μάταιος	2	1
μέγας	92	22
μείζων	60	10
μέγιστος	58	19
μειρακιώδης	1	
μέλας	3	1
μεμπτός	1	1
μέσος	4	1
μέτριος	5	5
μιμητικός	1	
μικρός	3	1
μισθωτός	1	1
μόνιμος	1	3
μονογενής	1	

adiectivum	ante nomen	post nomen
μουσικός	4	2
μυθικός	1	
μύριος	19	12
μιριοστός	1	
ναυπηγήσιμος	2	
ναυτικός	2	1
νεανικός	1	
νεογενής	1	
νέος	12	5
νεουργός	1	
νευστικός	2	
νικητήριος		(1)
νοητός	1	1
νόθος	1	2
νομευτικός	1	
νομικός		1
νοσώδης		1
νοτερος	1	
νυκτερινός	2	
νωτιαῖος		1
ξανθός	3	
ξένιος	1	
ξενικός	4	1
ξηρός	1	1
ὄγδοος	1	
οἰκεῖος	9	5
οἰκειωτικός		1
ὀλιγαρχικός		2
ὀλίγος	38	4
ὁμογνιος	1	
ὁμοιοπαθής		1
ὅμοιος	6	6
ὁμοπάτριος		1
ὁμόφυλος	1	
ὀνομαστός		1
ὀξυήκοος	1	
ὀξύς	1	5
ὁρατός		2
ὄρειος	1	
ὀρθός	34	22
ὅριος		1
ὀστέϊνος	1	2
οὐράνιος	1	2
ὀχληρός	1	
	96	55

adiectivum	ante nomen	post nomen	adiectivum	ante nomen	post nomen	adiectivum	ante nomen	post nomen
παγγέλοιος	1		ποικίλος	1	2	στερεός	5	1
πάγκακος	1		πολεμικός	8	3	στημονονητικός		1
πάγκαλος	3	2	πολέμιος	1		συγγενής	2	3
παγκρατιαστής	1		πολεμιστήριος		1	σύμμαχος		2
παίδειος	2		πολιός		1	σύμμετρος	1	1
παιδευτός	1		πολιοῦχος		1	συμμιγής	1	
παιδικός	1		πολιτικός	11	7	σύμμικτος		1
παλαιός	19	3	πολλαπλάσιος	1	1	συμποτικός		1
παμμεγέθης		(1)	πολύς	333	97	σύμφυτος	3	4
παμμήκης	1	2	πολυτίμητος	1		σύμφωνος	1	
παμπλήθης	1		πονηρός	10	4	συναγωγός		2
παμποίκιλος		1	ποτιμός	1		συνέριθος	1	
πάμπολυς	16	13	πραγματειώδης	1		συνεχής		1
πάμφυλος	1		πρᾶος	3		σύνθετος	1	
πανάμωνος	(2)		πρέσβυς	7	3	συχνός	16	5
παντελής		3	πρόγονος		1	σφαιροειδής	1	
παντοδαπός	12	15	πρόθυμος	1		σφαλερός	1	
παντοῖος	12	10	προμήκης	1	1	σώφρων	8	2
παππῷος	1		πρόσοικος	1				
παράδοξος	1		προστακτικός	1		τακτικός		1
παραιτητός	(2)		προσφερής	1		τακτός	1	1
παρακινδυνευτικός	1		πρόσφορος		2	ταλαίπορος	1	
παράνομος	1	(1)	πρότερος	2		τέλειος	1	2
παραπλήσιος	1	2	πρῶτος	5	4	τέλεος	5	3
παρασκευαστής	1		πρωτουργός	1		τερατολόγος	1	
παρασκευαστός	(1)		πτηνός	3		τερατώδης	1	
παράφορος	(1)		πυκνός	4		τεταρταῖος	1	
πατρικός	1		πυκτικός		1	τέταρτος	5	
πάτριος	5 (1)	1	πυρώδης		1	τετράγωνος	2	
πατρῷος	1	4	ῥάθυμος	1		τετραπλάσιος	3	
παῦρος		(1)	ῥηθορικός	3	2	τεχνικός	2	1
πεζός	1		ῥητός		1	τιμαλφής	1	
πέμπτος		1	ῥυθμικός	1		τίμιος	4	1
πένης		1 (1)	σάρκινος	1		τιμωρός		2
περιττός		(1)	σαφής	3	2	τολμηρός		1
περιχαρής	(1)		σεμνός	1	1	τοξικός	1	
πίειρα		1	σιδηροῦς	3		τραγικός		2
πιθανός	3		σκαιός	1		τραχύς	1	2
πιθανουργικός	1		σκέδαστός		1	τριετής	1	
πικρός	4		σκιαρός		1	τριπλάσιος	1	
πιστευτικός		1	σκιοειδής	1		τρισχιλιοστός	1	
πιστός	1	1	σκληρός	1	1	τρίτος	15	3
πλατύς		1	σκοτεινός	1		τριττός	5	2
πλεῖστος	30	11	σμίκρασπις		1	τυραννικός	6	2
πλείων	32	15	σμικρός	64	11	τυφλός	1	1
πληκτικός	1		σοφός	15	11	ὑβριστής		1
πλούσιος	4	2	σταχτός		1	ὑβριστικός		1
ποιητικός	1		στενός	1	1	ὑγιεινός	1	

adiectum	ante nomen	post nomen	adiectum	ante nomen	post nomen	adiectum	ante nomen	post nomen
ὑγιής	4 (1)		φίλιος		2	χολώδης	1	
ὑγρός	2	1	φιλόμουσος	1		χρήσιμος		1
ὕειος		1	φιλόπονος	2		χρηστός	6	5
ὑπερμέτριος		1	φίλος	91	3	χρυσοῦς	7	1
ὑπερόριος	1		φιλόσοφος	5	4	χυτός	2	
ὑπηρετικός	1		φιλότιμος	2		χωλός	1	
ὑποκίνδυνος	1		φοβερός		1	ψευδής	16	15
ὑπόπτερος	2		φρόνιμος	1	2	ψίλος	4	2
ὕστερος	4		φυλακικός	1	1	ψυχρός	1	
ὑψηλός	2	3	φωσφόρος	1		ὠμός	1	
φανερός	2	3	χαλεπός	11	7	ὠνητός	1	
φανός	3		χαρίεις	2	2	ὡραῖος	1	
φανταστικός	2		χειροποίητος	1		Gentilicia apud Vocativum	3	10
φαῦλος	18	10	χείρων	4	1	cetera Gentilicia	20	11
φειδωλός	1		χιλίανδρος	1				
φιλικός	1		χιλιοστός	1				

§ 2. Velim animadvertas, vocabula quae ex α, ε, ι, ο incipiunt, saepissime postposita esse: α 80 %, ε 86,5 %, ι 70 %, ο 57 % (et si ὀλίγος exceperis 89 %). Quae ex η, υ, ω incipiunt rarius extant, quam ut numerus comparationis ad rem valeat, inveniuntur autem maxime ante nomen substantivum.

Qua ratione hoc factum sit enucleare non possum.

Proximis dissertationis particulis adiectiva postposita ita ante oculos ponam ut appareat in quibus libris inveniantur; primum vide-
§ 3. amus adiectiva quae ante substantivum **non** reperiuntur: ἄβολος (Leg. VIII), ἀγαπητός (Pol. X, Leg. XI), ἀγελαιοτροφικός (Pol.), ἄγρυπνος (Pol. III), ἀδιάφθορος (Leg. VI, XI), ἀδύνατος (Phaedr.), *ἄζυμος (Tim.), ἀθόρυβος (Leg. II), ἄθυμος (Leg. X), ἀίδιος (Tim.), αἰδοῖος (Leg. XII), *αἱμασιώδης (Leg. III), αἰνιγματώδης (Theaet.), αἰπόλος (Crat.), αἰχμαλώτης (Leg. XI), ἀκέφαλος (Leg. VI), ἀκήρατος (Phaedr.), ἀκήρυκτος (Leg. I), ἀκόλουθος (Lg. V), ἄκοπος (Tim.), ἀλαζών (Lys.), *ἄλυρος (Leg. VII), ἄμεμπτος (Leg. XII), ἄμικτος (Polit.), ἀναιδής (Leg. V), ἀναρίθμητος (Theaet., Leg. VII), ἀνάρμοστος (Pol. VIII), ἀνδρικός (Leg. VII), ἀνεπίπληκτος (Leg. III), ἀνθρωπονομικός (Polit.), ἄνομος (Leg. X), ἀνυπεύθυνος (Leg. VI), ἀνυπήκοος (Tim.), ἀνυπόθετος (Pol. VI), ἀξιόλογος (Leg. VII), ἀξιόχρεως (Leg. IX, XI, XII), *ἀξύστατος (Tim.), ἀπατητικός (Soph.), *ἀποτρόπαιος (Leg. IX), ἄρρην (Crit.), ἀρχηγός (Tim.), ἀσινής (Leg. II), *ἄστροφος (Polit.), ἀσχήμων (Leg. VII, XII), ἀσώματος (Phileb.), αὐτοποιητικός (Soph.), αὐτοφυής (Soph., Leg. VII), ἄφοβος (Leg. VII), ἀχάριστος Leg. VI, XI), γεννικός (Phaedr.), γνήσιος (Phaedr., Leg. VI), δειλός (Gorg., Leg. XI), δεκαέτηρος (Leg. VI), δημοκρατικός (Pol. III), διαφανής (Pol. VIII), δίδυμος

(Crit.), δίπους (Polit.), διωλύγιος (Leg. X), δοξαστός (Phaedr.), δοῦλος (Leg. VI), *δυσαπόδεικτος (Pol. VI), δυσίατος (Lg. XI), δύσκολος (Tim.), *δυσπαραμύθητος (Tim.), ἐγγεῖος (Pol. VIII, Tim.), *ἔγγονος (Pol II), ἔγκαιρος (Leg. XI), εἰκαστικός (Lg. II), εἰρηνικός (Leg. VIII, XII), εἰσαγώγιμος (Lg. VIII bis), ἐλεγκτικός (Soph.), ἐλευθέριος (Lg. II), ἐμμανής (Lg. V bis), ἐμπόδιος (Soph.), ἔναιμος (Tim.), *ἐνδελεχής (Lg. VI), ἔνθεος (Phaedr.), ἔντορνος (Leg. X), ἐξαίσιος (Tim.), ἑορταστικός (Lg. VIII), ἐπακτός (Pol. IX), ἐπήβολος (Euthyd., Leg. IV), ἐπιθυμητικός (Tim.), ἐπισκευαστός (Polit.), ἐπιτακτικός (Polit.), ἐπιτήδειος (Pol. II, Phaedr.) ἐπιχώριος (Leg. VIII, XI), ἑπταετής (Gorg.), *ἐρέφιμος (Crit.), ἐρυθρός (Tim.), εὐανθής (Phaedo.), εὐγενής (Pol. II), εὐερκής (Leg. VIII), εὐκλεής (Conv.), εὐμενής (Pol. III, Leg. VII), *εὐπαραγωγός (Tim.), *εὐστεφής (Leg. VIII), εὐσχήμων (Leg. VII), εὐφυής (Parm.), ἐφήμερος (Pol. X), ἔχθιστος (Polit.), ἐχθρός (Pol. III, Lg. I), ζημιώδης (Lg. I), ἡνιοχικός (Phaedr.), θανάσιμος (Lg XI), ἰατικός (Tim.), *κανθήλιος (Conv.), *καύσιμος (Lg. VIII), καχυπότοπος (Phaedr.), *κεράμεος (Lys.), κινητός (Tim.), κοῖλος (Tim.), κρυφαῖος (Tim.), κτητικός (Soph.), κυκλοτερής (Conv.), *κωμωδικός (Pol X), κωφός (Lg. XI), λαμπρός (Phaedr.), λογογραφικός (Phaedr.), *λύσιμος (Lg. VII), νομικός (Lg. I), νοσώδης (Pol. VIII), νωτιαῖος (Tim.), *οἰκειωτικός (Soph.), ὁμοιπαθής (Pol. III), ὁμοπάτριος (Lg. VI), ὀνομαστός (Theaet.), ὁρατός (Tim. bis), *ὅριος (Leg. VIII), *παμποίκιλος (Tim.), παντελής (Pol. III, Phil., Lg. VII), πέμπτος (Crit.), πίειρα (Crit.), *πιστευτικός (Gorg.), πλατύς (Phaed.), πολεμιστήριος (Crit.), πολιός (Tim.), *πολιοῦχος (Leg. XI), πρόγονος (Lg. I), πρόσφορος (Lg. VI, XI), πυκτικός (Pol. I), *πυρώδης (Crit.), ῥητός (Pol. VIII), *σκεδαστός (Tim.), *σκιαρός (Lg. I), *σμίκρασπις (Crit.), *στακτός (Crit.), *στημονονητικός (Polit.), σύμμαχος (Lg. V, IX), συμποτικός (Lg. II), συναγωγός (Prot. [in clausula sententiae], Tim.), συνεχής (Pol. X, Lg. I), τακτικός (Lg. VII), τιμωρός (Lg. IV, V), τολμηρός (Lg. VIII), τραγικός (Phaed., Lg. VIII), ὑβριστής (Con.), ὑβριστικός (Crat.), *ὕειος (Pol. VII), *ὑπερμέτριος (Lg. IX), φίλιος (Phaedr., Lg. III), φοβερός (Lg. III), χρήσιμος (Charm.).

Hoc conspectu demonstratur adiectiva quae in Platone tantum post substantivum extant, raro usurpari, plurima semel, nonnulla bis, ter; triginta tria ἅπαξ λεγόμενα asteriscis significavi.

Ex his 196 locis inveniuntur in Protagora, Euthydemo, Parmenide, Charmide: singula; in Cratylo, Lyside bina; in Phaedone, Theaeteto, Gorgia terna; in Convivio quattuor, in Politia 23, Phaedro 13, Sophista 7, Politico 9, Philebo 2, Timaeo 25, Critia 9; in Legibus 84 (I : 7, II : 5, III : 4, IV : 2, V : 6, VI : 10, VII : 11, VIII : 12; IX : 4, X : 4, XI : 13, XII : 5)

in	Prot.-Conv.	24
	Politeia	23
	Phaedr.-Crit.	65
	Legibus	84.

§ 4. Deinde propono adiectiva quae **saepius** postponuntur quam anteponuntur:

(Primus numerus postposita adi. denotat)

a. 2/1 ἀσεβής (Lg. X bis), ἀνεπιτήδειος (Soph., Lg. VI), βαρβαρικός (Pol VII, Crit.), βέβαιος (Crat., Conv.), ἔμμισθος (Lg. VII, XI), ἐναργής (Theaet., Tim.), ἐπίκουρος (Theaet., Pol. III), νόθος (Ap., Tim), ὀστέϊνος (Tim. bis), οὐράνιος (Tim., Lg. VIII), παμμήκης (Phaedr., Soph.), παραπλήσιος (Pol. III, Soph.), ποικιλός (Pol. VIII, Crit.), τέλειος (Pol. VIII, Lg. I), τραχύς (Pol. X, Leg. IX), φρόνιμος (Tim., Lg. XII);

3/2 ἀνδρεῖος (Polit., Phil., Phaedr.), ἔκγονος (Lg. VII bis, XI), ἔμψυχος (Soph., Leg. X, Tim.), θηλύς (Lg. VII, VIII, XI), συγγενής (Lg. I, Pol. VI, VIII), ὑψηλός (Pol. X, Lg. III, Crit.), φανερός (Pol. II, Phil, Lg. VIII);

3/1 ἄκρατος (Pol. III, Lg. IV, VII), ἀχρεῖος (Phaedr., Lg. IV, XI), βελτίων (Pol. I, III, Lg. VII), ἔμμετρος (Lg. I, VII, XII), ἔμφρων (Lg. VII, XI, Tim.), ἔννομος (Pol. IV, Phaedr., Lg. VIII), μόνιμος (Pol. VI, Lg. IV, V);

b. 4/1 ἔσχατος (Phaedr., Lg. IX, Tim.), εὐτυχής (Lg. VI, VII bis, IX), πατρῷος (Euthyd. 3, Lg. VI);

4/2 ἄνισος (Phileb., Tim., Lg. V, VI), ἑκούσιος (Prot., Lg. V, XI bis);

4/3 ἀπέραντος (Theaet., Parm., Polit., Lg. III), σύμφυτος (Theaet., Phil., Crit., Lg. VIII);

5/1 ὀξύς (Phaedr., Tim. (bis), Lg. VI, X);

8/2 ἄγριος (Theaet., Pol. III, X, Phil., Tim., Lg. VII, XI, XII);

9/3 ἄφθονος (Conv., Soph., Polit. bis, Phil., Crit. 2, Lg. III, V);

15/12 (Theaet. 3, Phaed., Pol. II, VII, Lg. II, VI bis, XII, Crit. bis, Tim. ter); 17/7 ἄξιος (Gorg. 3, Lach. 3, Phaed., Conv., Pol. III, V, Soph., Tim., Lg. II : 2, IV : 2, VI);

23/21 ἀληθής (Meno 5, Crat., Theaet. 3, Pol. VII, VIII : 2, IX : 3; Phil. 3, Tim. 2, Lg. VII, VIII, X).

Ex 75 adiectivis postpositis sub a) exscriptis extant in: Ap. 1, Crat. 1, Conv. 1, Theaet. 2; in Politeia 15 (I : 1, II : 1, III : 4, IV : 1, VI : 2, VII : 1, VIII : 3, X : 2); in Phaedr. 4, Soph. 4, Pol. 1, Phil. 2, Tim. 8, Crit. 3; in Legibus 33 (I : 3, III : 1, IV : 3, V : 1, VI : 1, VII : 8, VIII : 4, IX : 1, X : 3, XI : 5); hoc est

in Ap.-Theaet.	5
Politia	15
Phaedr.-Crit.	22
Legibus	33.

Adiectiva signo b) denotata iam crebrius etiam in prioribus libris post substantivum collocata sunt, sunt autem adiectiva non raro inventa: Ex 105 adiectivis postpositis videas

in Prot. 1, Euthyd. 3, Crat. 1, Parm. 1, Phaed. 2, Conv. 2, Gorg. 3, Lach. 3, Meno. 5, Theaet. 9 = 30

Politia (II : 1, III : 2, V : 1, VII : 2, VIII : 2, IX : 3, X : 1) = 12

Phaedr. 2, Soph. 2, Pol. 3, Phil. 7, Tim. 11, Crit. 5 = 30
Legibus (II : 3, III : 2, IV : 2, V : 3, VI : 7, VII : 4, VIII : 2, IX : 3, X : 2, XI : 2, XII : 3) = 33

§ 5. Sequuntur adiectiva quae toties post subst. collocata sunt quoties ante:

a. 1/1 ἀλλόκοτος (Prot.), ἄμουσος (Phaedr.), ἀμυντήριος (Lg. XI), ἀνίατος (Lg. II), ἀόρατος (Tim.), ἀπαίδευτος (Phaedr.), ἄπειρος (Phil.), ἄπλετος (Lg. III), ἀπροσδόκητος (Lg. XI), ἀσφαλής (Leg. XI), αὐτόματος (Soph.), ἄχρηστος (Leg. VII), γενέθλιος (Lg. IX), γεωργικός (Lg. VI), γήϊνος (Phaedr.), γλυκύς (Phaedr.), διφυής (Crat.), ἐλλόγιμος (Phaedr.), ἔμμηνος (Lg. XII), ἐρεοῦς (Polit.), εὐδόκιμος (Lg. III), θηριώδης (Lg. II), θρεπτικός (Polit.), ἱππικός (Lach.), ἰσάριθμος (Tim.), καταγέλαστος (Pol. VI), κατακορής (Tim.), κίβδηλος (Pol. II), κολακικός (Soph.), μεμπτός (Leg. IV), μισθωτός (Pol. IV), νοητός (Tim.), ξηρός (Phaedr.), πιστός (Leg. VII), πολλαπλάσιος (Polit.), προμήκης (Leg. XII), σεμνός (Polit.), σκληρός (Leg. XII), στενός (Tim.), σύμμετρος (Crit.), τακτός (Lg. I), τυφλός (Lg. I), φυλακικός (Pol. VIII);

b. 2/2 ἀγενής (Theaet., Phil.), βαρύς (Leg. XI bis), ἐρωτικός (Pol. V, Lg. VIII), ἰδιωτικός (Pol. VI bis), λίθινος (Tim., Leg. II), λυσιτελής (Phaedr., Lg. II), χαρίεις (Pol. X, Leg. VII);

5/5 μέτριος (Phaedo [sed in clausula], Conv., Phaedr., Tim., Leg. VII);

6/6 ἀκριβής (Pol. III, Phil. bis, Lg. I, VI, XI), ὅμοιος (Crat., Pol. IX, Polit., Leg. IX bis, Tim.).

Ex 74 adiectivis postpositis inveniuntur:

7 : in Prot. (1), Crat. (2), Lach. (1), Phaedo (1), Conv. (1), Theaet. (1);
10 : in Politia (–, 1, 1, 1, 1, 3, –, 1, 1, 1);
28 : in Phaedro (8), Soph. (2), Polit. (4), Phil. (5), Tim. (8), Crit. (1);
29 : in Legibus (3, 3, 2, 1, –, 2, 4, 1, 3, –, 6, 4).

Etiam hoc loco velim animadvertas, adiectiva raro usurpata (classis a) maxime in libris quos in duabus ultimis lineis posui, inveniri, cum cetera (classis b) etiam in reliquis libris saepius inveniantur.

§ 6. Denique eorum adiectivorum conspectum feci quae rarius postponuntur, sed ita ut postposita dimidium antepositorum superent.

post | ante

a. 1 / 2 ἄθροος (Tim.), ἀκούσιος (Lg. IX), γαμετός (Lg. IX), γυναικεῖος (Lg. XII), ἐλάχιστος (Tim.), ἔρημος (Tim.), θεοφιλής (Pol. VIII), θηρευτικός (Pol. V), κομψός (Crat.), μάταιος (Leg. XII), ναυτικός (Lg. IV), τεχνικός (Gorg.), ὑγρός (Crit.);

2/3 ἄπειρος (Pol. II, Tim.), πάγκαλος (Pol. I, Soph.), ῥητορικός (Phaedr. bis), σαφής (Leg. XI, XII);

2/4 πλούσιος (Theaet., Pol. II), φίλος (Phaedr., Leg. II), ἀηθής (Phaedr., Leg. VI), ἀνόσιος (Pol. VIII, Leg. X);

3/4 ἄλογος (Tim. ter), λευκός (Theaet., Tim., Leg. XII);
3/5 τέλεος (Leg. I, Phaedr., Tim.);

Ex 35 adiectivis postpositis inveniuntur:

4: in Crat. (1), Gorg. (1), Theaet. (2);
6: in Politia (I: 1, II: 2, V: 1, VIII: 2);
16: in Phaedo (5), Soph. (1), Tim. (9), Crit. (1);
12: in Legibus (I, II, IV, VI, IX: 2, X, XI, XII: 4);

post | ante

b. 4 / 5 ἀθάνατος (Conv. bis, Tim., Leg. X), ἄκρος (Theaet., Pol. II. III, Leg. IV); ἀνόητος (Gorg. ter, Soph.), ἄριστος (Conv., Crit., Leg. V bis), καινός (Ap., Pol. IV, Leg. IV, V), πρῶτος (Phil., Tim., Leg. VI, X), φιλόσοφος (Phaed., Pol. VI: 2, Phil.);
4/6 κύριος (Leg. VI: 2, Tim., Leg. VII);
5/6 θαυμάσιος (Gorg. 2, Conv., Lys., Leg. I), χρηστός (Ap., Conv., Pol. IV, IX, Leg. II);
5/8 καθαρός (Pol. II, Phaedr. 2, Tim. 2);
5/9 γένναιος (Theaet., Gorg., Pol. II, Phaedr., Leg. V), οἰκεῖος (Pol. III, Phil., Tim., Leg. VI, VII);
5/10 ἴσος (Phaedo, Phaedr., Crit., Tim.: 2);
6/7 ἰσχυρός (Crat. 2, Conv., Leg. X, XI, Tim.);
6/8 ἄδικος (Apol., Phaed., Pol. VI, Phil., Crit., Leg. IX); εὐδαίμων (Theaet. 2, Pol. IV, Phil., Phaedr., Leg. IV);
6/12 βραχύς (Gorg., Tim. 3, Crit., Leg. IX); ἀμείνων (Pol. VII, Phaed. 2, Leg IV, X, XI);
7/9 ἀλήθινος (Theaet., Pol. VI: 3, Soph., Tim., Crit.);
7/11 χαλεπός (Crito., Tim., Leg. I, IV, X: 2, XI); πολιτικός (Conv., Pol. V, Phaedr. 2, Leg. V: 2, XII);
10/12 παντοῖος (Soph., Pol., Phil., Tim.: 2, Leg. IV, V, VI: 2, X);
10/18 φαῦλος (Gorg., Theaet.: 3, Pol. I, Polit., Phil., Leg. VI, VII, XI);
11/15 σοφός (Ap., Prot., Meno., Phaed., Theaet., Conv.: 2, Lg. III, IV, VI, X);
12/13 ἀνθρώπινος (Conv., Phaedr.: 2, Soph. 2, Leg. II, III: 2, Tim. 4);
12/19 μύριος (Ap., Phil., Phaedr., Crit., Leg. I, II, III. IV, VII, VIII, IX);
13/16 πάμπολυς (Lys., Conv., Pol. IV, Crit., Leg. III: 2, VI: 3, VII: 3, IX);
15/16 ψευδής (Gorg., Lys., Theaet., Pol. II: 2, Soph. 5, Pol., Phil. 3. Leg. XI);
18/19 ἴδιος (Prot., Theaet., Pol. I, IV, V: 2, VII, VIII, IX, Soph., Polit, Tim. 2, Leg. III, IV, X: 2, XI);
22/34 ὀρθός (Theaet. 3, Conv., Pol. IV, X: 2, Pol., Phil. 5, Tim., Crit., Leg. II, III: 2, VI, VII, X, XII);
23/42 καλός (Gorg. 3, Lach. 3, Phaedo 2, Conv. 2, Pol. IV, V, Pol. VIII, IX, Phil., Tim., Leg. I, II, III, VII, VIII: 3);

29/30 ἱκανός (Crito, Euthyd., Gorg., Phaedo., Theaet., Soph., Pol., Phil. 2, Crit. 3, Tim., Leg. III : 2, V, VI : 4, VII : 2, VIII : 3, X : 2, XI, XII);

53/57 ἀγαθός (Prot. 4, Ap. 3, Crito 1, Eutyphro 1, Gorg. 3, Meno 6, Lach. 3, Phaedo 4, Conv. 2, Lys.; Pol. I : 2, II, III : 5, IV, VIII : 2, IX, X : 2; Phaedr., Phil., Soph., Pol., Crit., Leg. III, IV : 2, VI. VII : 2, X).

Ex 328 exemplis postpositorum adiectivorum inveniuntur

98 in Prot. 6, Ap. 8, Crito 3, Euthyphr. 1, Euth. 1, Conv. 16, Theaet. 15, Gorg. 16, Phaed. 13, Lys. 4, Crat. 2, Meno. 7, Lach. 6;

49 in Politia (4, 6, 7, 10, 4, 4, 2, 4, 4, 4);

87 in Phaedr. 11, Soph. 13, Polit. 7, Phil. 9, Tim. 24, Crit. 13;

98 in Legibus (4, 5, 13, 10, 7, 16, 13, 7, 4, 14, 6, 3).

§ 7. Quo autem consilio haec omnia disposui eis quaė sequuntur clarius perspicietur.

1) Plato in quibusdam libris nova et rara vocabula adamavit (quod iam Campbellus (Sophistes and Politicus 1869 vidit), quae post substantivum ponere voluit. Quorum ex librorum numero cum inter omnes constet Leges posteriore scriptoris aetate esse conscriptas, ceteros quoque qui easdem consuetudines habent, Phaedrum igitur, Sophistam, Politicum, Philebum, Timaeum, Critiam eodem fere tempore compositos esse verisimillimum est.

2) Cum collocandi ratio adiectivorum novorum ac rarorum praecipue ad proprium Platonis senis usum referenda sit, alia adiectiva reperiuntur quae omnibus in libris aequo fere modo usurpantur, ac quidem numeri supra propositi hoc gradatim fieri bene confirmant, ita ut adiectiva velut ἀγαθός, ἀληθής, ὀρθός, σοφός, φαῦλος cet. secundum legem omnibus dialogis communem postponantur; ratio ergo horum adiectivorum collocandorum praecipuę ad proprietatem universi usus dicendi pertinet.

Quae adiectiva in omnibus dialogis similiter postposita perlustrantes nos non fugit, horum in numero adiectiva contraria significatione praedita extare, quae cum substantivis coniuncta naturam huius substantivi vi quadam efferant; e. g. ἀγαθός, θαυμάσιος, χρηστός, γένναιος, εὐδαίμων, καλός, σοφός — φαῦλος, ἄδικος (quae adiectiva quidem saepissime cum ἀνήρ similibusque substantivis coniunguntur); praeterea ἀληθής, ὀρθός — ψευδής (quae saepissime cum λόγος, δόξα, ἐπιστήμη reperiuntur).

Atque quidem videtur ipsa vi atque contrario postpositio facta esse, ita ut auctor virum bonum a malo alienum esse significare velit; fieri etiam potest, ut omnino in sermone talia verba huius modi collocatione coniuncta cum substantivis sint. Sed cum de hac re ex

paucis locis conclusio fieri non possit etiam ceterorum scriptorum consuetudo in adiectivis collocandis prorsus examinanda est.

Quoquo modo res se habet, huiusmodi adiectivorum collocatione sine dubio ratio quadam rhetorica auctoris perspicitur, quod consentit cum mea sententia, e qua postpositionem adiectivi attributi maxime arte quadam rhetorica effici contenderim. Hactenus de adiectivis postpositis.

§ 8. Ea autem adiectiva quae plerumque locum ante nomen substantivum retinent non solum apud Platonem sed etiam in sermone cotidiano saepissime usurpantur. Quod inprimis referendum est ad haec adiectiva: αἰσχρός, ἀλλότριος, ἀμήχανος, ἀναγκαῖος, ἀνθρωπεῖος, ἄπορος, βασιλικός, βέλτιστος, βίαιος, δαιμόνιος δεινός, δεύτερος, δημόσιος, δίκαιος, ἐλάττων, ἐλεύθερος, ἐνάντιος, ἥμερος, ἡδύς, ἥμισυς, θαυμαστός, θεῖος, θνητός, ἱερός, κακός, κενός, μακάριος, μακρός, μαλακός, μαλθακός, μέγας, μείζων, μέγιστος, μικρός, νέος, ξανθός, ξενικός, ὀλίγος, παλαιός, πάτριος, πιθανός, πικρός, πολύς, πλείων, πλεῖστος, πολεμικός, πονηρός, πρεσβύς, πυκνός, σιδηροῦς, σμικρός, συχνός, σώφρων, τέταρτος, τίμιος τρίτος, τριττός, τυραννικός, ὑγιής, ὕστερος, χείρων, χρυσοῦς.

Quorum in numero cum etiam comparativi et superlativi, quos separatim in conspectu posui, inveniantur βέλτιστος, μείζων, μέγιστος etc., perlustravi quoque reliquos quos in conspectu una cum positivis (qui dicuntur gradus adiectivi) dinumeravi. Has formulas elocutionis non saepe post substantivum inveniri e conspectu elucet. Praeter 106 comparativos antepositos numeravi (in omnibus dialogis exceptis Legibus, Timaeo, Critia) 19 postpositos; praeter 94 superlativos antepositos tantum 18 postpositos. Qua ex re concluserim, comparativos atque superlativos, quoniam maiore vi significationem adiectivi efferant, non postulare artem collocationis rhetoricae.

Caput V.

Quaestionibus de adiectivorum collocatione ad finem perductis iam patet via ad maiora: videamus quae ex his rebus grammaticis de Platonis dialogorum tempore et ordine concludere possimus. Primum autem commemoremus auctores nostrae aetatis qui eadem via iam progressi sunt. Quorum ex numero primus nominandus est Ludovicus Campbellus, qui iam anno proximi saeculi undeseptuagesimo rationem docuit[1]) investigandi dialogorum ordinis ex sermone Platonis. Idem Platonem in scriptis cum mediae, tum postremae aetatis et multis

[1]) The Sophistes and Politicus of Plato, with a revised text and English notes Oxford 1867. Introd.

vocabulis raris usum esse et nova vocubula finxisse demonstravit. Quae observatio eis quae de adiectivo attributo supra exposui tota confirmatur. Eiusdem autem viri doctissimi adhortatione me ipsum ad hanc quaestionem ductum esse libenti ac grato animo addiderim. Reliquos omnes auctores enumerare supersedeo, cum Gualtherius Ianellus sodalis in libello suo Quaestiones Platonicae (diss. Rostochiensis in supplemento vicesimo sexto annalium philologorum Lpz. MCMI) p. 265 sq. diligentem atque completum conspectum auctorum eorumque studiorum praebuerit. Tamen Guilelmum Dittenbergerum et Ioannem ab Arnim hoc loco honoris et pietatis causa nomino, quorum alter (Hermes, tom. XVI 321 sqq.) suo iudicio atque consilio viam qua aliquid ad temporum ordinem librorum Platonis conferretur iniit, alter quaerendi rationem (de Platonis dialogis quaestiones chronologicae. Ind. lect. Rostoch. 1896/97 et *Göttg. Gelehrte Anzeig.* 1899) optime circumscripsit.

Videamus nunc quomodo ea quae illi viri doctissimi exposuerunt cum meae questionis summa consentiant.

Timaeum et Critiam eodem fere tempore ac Leges scriptos esse etiam meis numeris confirmatur. Num hi autem dialogi inter singulos Legum libros inserendi sint, argumentis quae mea praebet quaestio, diiudicari non potest. Animadvertimus quidem Legum librum octavum maximum numerum adiectivorum postpositorum exhibere, cui proximus est dialogus Critias. Medius numerus ex numeris Legum librorum (75,5 $^0/_0$) minor est numero in Critia invento (92 $^0/_0$), maior quam Timaei (65 $^0/_0$), sed ex his numeris de chronologia librorum certa concludi non possunt.

Optime consentit Philebi numerus cum numeris Dittenbergeri, ceterorum. Pro parvo numero usurpatorum adiectivorum (25) permagnus numerus postpositorum extat. Hunc igitur librum proxime ante Leges confectum esse apparet.

Sophista autem et Politicus qui libri eodem fere tempore confecti sunt, numeris postpositionis cum a Legibus recedunt tum inter se paulisper differunt. Cum argumentis aliorum auctorum verisimillimum sit, utrosque dialogos ultimae Platonis aetati adscribendos esse, apparet singulis sermonis indiciis nihil certi demonstrari, sed ex multorum argumentorum consensu tantum de chronologia concludi posse; tamen fidem toti inquirendi rationi non negabimus.

Iam quaestio prorsus ad Theaetetum pervenit. Quem non multum a Sophistae, Politici, Philebi temporibus abesse dixit cum Dittenbergero Ioannes ab Arnim, cum Schanzius Reipublicae libros post Theaetetum conscriptos esse doceret. Facimus igitur cum Dittenbergero et Ioanni ab Arnim.

In Convivio nonnunquam — inprimis in fine orationis Agathonis quae dictionem sophistarum imitatur — frequentia postpositorum adiectivorum studio fit. Quam ab causam huic libro in chronologia locus concedi non potest quem in tabula mea tenet.

Ad Lachetem atque Lysin ratio mea pro parvo complexu dialogorum nec non pro parvo numero adiectivorum non pertinet.

Phaedrus autem, qui cum Phaedone et Republica conspirat, etiam a Theaeteti usu non multum recedit, ita ut Dittenbergeri sententia magis quam Schanzii probetur, qui Phaedonem et Phaedrum priore tempore confectos esse dixit. De singulorum Reipublicae librorum tempore ex numeris meis conclusionem facere temerarii ingenii est. Gorgiam et Cratylum, qui valde inter se consentiunt, proxime ante Phaedonem confectos esse, et meis ex numeris elucet et a Dittenbergero atque Arnimio demonstratum est.

Etiam Menonem hoc loco in tabulam inseramus licet, neque Euthydemus multum abest a consuetudine horum trium dialogorum, si respexeris minorem numerum adiectivorum in decem paginis Didot. extantem.

Apologiam denique atque Protagoram primos, si meos numeros sequimur, scriptos esse contenderimus. In Protagorae consuetudine immutatae adiectivi collocationis velim animadvertas parvum numerum pro centum computatum pro magno numero adiectivorum usurpatorum.

De Euthyphrone, Critone, Charmide, Parmenide nil habeo certi quod indiciis satis certis confirmem.

Nonne mirum quantum congruunt etiam meae conclusiones cum Dittenbergeri, Arnimii, quibus etiam Schanzii, Ritteri, Campbelli ceterorumque in hac re operam navantium observationes assentiuntur?

Auctoritatem autem talium argumentorum spero multis quaestionibus novis auctum iri; fundamento enim valido ac firmo utemur si universus scriptoris usus dicendi tandem aliquando explanatus erit.

Quod quidem non prius fiet quam si et thesaurum verborum novum lexicon Platonicum quod omnes vocabulorum locos comprehendit illustraverit, et disciplinas grammaticas (cum usum formarum vocabulorum tum syntaxis consuetudines) diligentissima sermonis Attici adumbratio constituerit et nova luce affecerit.

Scriptoris vita.

Paulus Theodorus Trense natus sum Suerini Megapolitanorum a. d. III. Non. Jun. anni proximi saeculi LXX patre Eduardo, quem morte mihi abreptum lugeo, matre Dora de gente Jenssen, quam superstitem esse valde gaudeo. Fidem confiteor evangelicam. Pueritiae aetatem degi Suerini, Teterowii, Rostochii, qua in urbe scholam frequentavi cui nomen est Realgymnasium ad secundum ordinem; deinde augustiis fortunae coactus privatis studiis scientiam augere conatus sum quod praeceptoris vice fungens eo proventu feci, ut a. XC maturitatis testimonium gymnasii realis Ludwigslustensis, a. XCIV gymnasii Gustroviensis adipiscerem. Vere eiusdem anni Rostochii in numerum civium academicorum receptus sum, quo ex tempore studiis philologicis operam dedi; autumno anni XCVI Halos Saxonorum, iam vere proximi anni Friburgiam, in urbem Brisgoviae, transmigravi unde vere anni pr. s. XCVII Rostochium reverti. Philologorum seminarii per nonnulla semestria sodalis fui Rostochii et Friburgiae. Scholas et exercitationes frequentavi virorum doctissimorum: Fr. Philippi, J. ab Arnim, E. Bethe, G. Körte, H. de Stein †, O. Kern tunc Rostochiensium,

Praetorius, Dittenberger, Blass, Bechtel tunc Halensium,

B. Schmidt, Hense, Thumb, Fabricius, Kalbfleisch, Sutter tunc Friburgiensium.

Quibus viris doctissimis maximam gratiam habeo semperque habebo imprimis praeceptoribus Rostochiensibus venerandissimis.